



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

40 Reservationum effectus, qui sint.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

Fortitate vacare declarantur, & quorum dispositio Sedi Apostolicæ reservatur, ut factum fuit pro recuperatione Ducatus Ferrariæ in processu sub dat. Romæ 11. Kal. Februarii 1597. impresso, & per totam Italiam in ecclesiis solemniter publicato, ut in §. & si aliqui ex monitis.

39 Vigesimo sexto ¶ sunt etiam sub reservationibus comprehensa omnia beneficia affecta per manus Papæ appositionem, quæ semel affecta semper remanent affecta, & de quibus in declaratione Pauli II. in Bull. Rom. cap. 4. Cassad. de præb. decis. 23. num. 2. & 4. & Gomez. de infir. resign. q. 13. num. 3. & 4.

40 Reservationum effectus est, ¶ quod aded impediunt collationes Ordinarium, ut eorum provisiones non tribuant titulum coloratum, Lyp. alleg. 16. n. 3. alleg. 103. etiam, num. 3. & Simonet. de reserv. benef. quest. 38. num. 1. & tunc, si provisor ab Ordinario spoliatur, ¶ non est restituendus, cum non habeat titulum coloratum, quia reservatio inficit titulum, ac possessionem, & in beneficialibus restitutio non datur absque titulo colorato, quia cum titulus sit notorie nullus, sola possessio non operatur, Rota. decis. 3. num. 1. de rest. spol. in nov. decis. 2. num. 1. in antiquior. & decis. 2. n. 6. in antiquior. Gomez. de trien. poss. quest. 49. n. 3. & Olafsch. decis. 54. num. 6. & 7.

42 Reservatio autem est duplex ¶ specialis, & mentalis, Cassad. decis. 3. de reserv. & Simonet in eod. tract. de reserv. benef. quest. 4. num. 1. & sub speciali comprehenditur etiam mentalis, quæ olim concedebatur, & secundum illius temporis interpretationem, erat quando Papa dicebat, quod in mente reservabat

tale beneficium, aut primò vacaturum, vel in nullius favorem, aut, ut personæ sibi gratæ provideret, ut per Cassad. decis. 4. in princip. eod. tit. de refer. sed sacrum concilium easdem reservationes mentales, & quascunque gratias ad vacatura, ac indulta ad alienas ecclesias, vel monasteria, mandataque de providendo, & gratias, quæ expectativæ dicebantur, concedi, ac tunc concessis uri licere prohibuit, ut in cap. 19. de reform. sess. 24. facit, cap. 2. de concess. præb. & cap. de testanda, eod. tit. in. 6.

Alia est etiam reservatio favore cameræ Apostolicæ facta de omnibus, & singulis fructibus, ¶ redditibus, & proventibus, ac juribus, obventionibus & emolumentis quibuscunque, que modolibet, & qualitercunque nuncupatis, omnium, & singulorum Monasteriorum, etiam consistorialium, & beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, & sine cura, secularium, & quorumvis ordinum regularium, Papæ, & Sedi Apostolicæ, tam per constitutiones Apostolicas, quam cancellariæ Apostolicæ regulas editas, & edendas, seu alias quomodolibet, & ex quavis causa generaliter, vel specialiter reservatorum, seu affectorum in partibus Italia, in quibus collectores, & subcollectores spoliatorum, & jurium cameræ Apost. prædictæ esse consueverunt, ac earum civitatibus, & diocesisbus consistentium, per obitum, & alias quovis modo, præterquam per cessum illa obtinentium pro tempore vacantium, a die ipsorum beneficiorum vacationis prorata temporis, usque ad diem provisionis de eisdem beneficiis auctoritate Apostolica faciendæ, de qua per litteras Apostolicas sub plumbo, & non aliter debebat